Urbanus eps servus servor dei. Dilecto filio .. Abbati Monasterii Montisaragonum Oscen dioc Salt et aplicam ben
Sua nobis dilecte in xpo filie .. Priorissa et Conventus Prioratus hospitalis sancti Johannis Jerlimitan de Sixena Ilerden
dioc petitione monstrarunt quod licet dictu hospitale sancti Johannis cu omnibus Prioratibus domibus eclis et membris suis
et personis degentibus in eisdem ab omni iurisdictione dominio potestate quorumlibet judicium ordinarior necnon a prestatione quar
cumque collectar et talliar que eclis Monasteriis et personis ecclasticis pro tempore imponuntur per speciale sedis aplice privile
gium cui non est in aliquo derogatum sit prorsus exemptu et eidem sedi immediate subiectu, ita quod iidem Ordinarii ratione de
licti seu contractus aut rei de qua agitur ubicumque committatur delictum ineatur contractus aut res ipsa consistat nequeunt in hospi
tale Prioratus domos et membra et personas predicta iurisdictione dominium aut potestate aliquam exercere ac magri Priores
fratres et sorores dicti hospitalis qui fuerunt pro tempore extiterunt in pacifica possessione vel quasi libertatis et immunitatis huius
modi a tempore concessionis dicti privilegii et etia cuius contrarii memoria non existit dictusque Prioratus de Sixena tempore co
cessionis dicti Privilegii eidem hospitali subiectus existeret tamen venerabilis frater nr Romeus eps Ilerden easdem Priorissam et
Conventu qui ad contribuendu in aliquo minime tenentur per suas certi tenoris litteras moneri fecit et mandari eisdem ut
portione ipas Priorissam et Conventu contingentem de tallia in subsidium expensar per venerabilem fratrem nrm Epm Barchi
nonen ad aplicam sedem ut dicebat transmissum factar dudu a venerabili fratre nro Petro Archiepo Terraconen in pro
vinciali concilio celebrato, eclis Monasteriis et personis ecclasticis suffraganeor suor imposita remota qualibet difficultate persolve
rent, alioquin in Priorissam et Conventu ac Prioratu predicta extunc excommunicationis suspensionis et interdicti sententias
promulgabat. pro parte vero dictar Priorisse et Conventus senciencium exinde indebite se gravari ad sedem extitit appella
tum eandem. Quocirca discretioni tue per aplica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde
propositis quod iustum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris auctoritate nra firmiter observari. Testes aute
qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimoniu
perhibere. Dat Viterbii v kl Julii Pontificatus nri Anno Sexto.

R.

Jo. de Stagno

SS.

24/12
1368-5-28

Appellacion sobre la ... del subsidio

C.4.

47.

10
Bula pram vic paga d subsidio